est qd nullum sacramentum debet ppter hoc dici causa effectu gratiae qd in ipso sit alia qd virtus spiritualis que sit ei principium agere diligendum est instrumentum diuine misericordie et p*ro* qua ipm sit causa characteris vel. et natus aut cuiuscumque alterius dispositio*n*is in anima ad gloriam pervenire. Ista conclusio est in sanctu Thomae p*ro* cuius intellectu est opinio potest hoc sub quatuor dictis breviter recitari. Primo enim dicit qd o*mnis* ponere co*gnoscere* sacramenta noue legis esse aliquod modo causas gratiae. tam ppter autoritates scripturarum sicut est illa Augustini sup. Jo. omel. viij. ubi dicit. Que virtus ista aquae ut corporis tagat et cor abluit. Et loquitur de aqua baptis malii innuens qd illa abluit cor sive animam. qd non videt posse fieri nisi causando gratiam tam ppter co*gnoscere* dictum. qd dicitur co*gnoscere* qd sacramenta noue legis efficiunt quod signant.

Secundo dicit qd huius sacramenta non p*ro* p*ri*p*ri* p*onere* qd sine qd non. qd causa sine qd non est in causa p*ac*tu**s. Haec tunc non potest effici in ei*us* distinctione cui*us* oppositum fecit magis. Tercio declarat ista opinio q*uo*ler sacramentum ponendum sit causa gratiae. et dicit q*uo* causa efficiens distinguuntur dupliciter. Uno modo ex p*re* efficiencia*n* in causa*n* dispositu*n* q*uo*ndam inducit effectum primum et imperfectum. et in causa*n* perfectissima q*uo*ndam inducit effectum principale et perfectum. Alio modo potest distinguere causa*n* efficiens et parte efficiens scilicet in causam principalem et causam instrumentalem. Instrumentum autem dupl*ic*em habet actionem. vna ex propria natura. aliam put motu est a principali agente. et quod habet secundum similem semper habet et p*ro* manu. et illud ad quod attingit per secundum que ei*us* non in causa*n* est instrumentum aliqui est terminus principialis agentis. et aliqui est terminus dispositio*n* ad illum terminum. Tunc ad oppositorum dicit q*uo* aqua baptismalis per formam suam naturaliter habet operationem propria*n*. scilicet ablueret vel madefacere corpus. Ut etiam autem in causa*n* est instrumentum diuine misericordie habet effectum ulteriorum non quod ad gloriam. sic per ipsum attingat in virtute principialis agentis sed ad dispositionem preiu*m* que in quibusdam sacramentis est character. in alijs autem est aliquis ornatus a*pro*portionalis characteri.

Quarto dicit q*uo* in sacramentis est aliqua virtus supernaturalis q*uo* est ipsius principius agendi in causa*n* sunt instrumenta diuine misericordie et hec virtus est ens spirituale in-

quarti sententiarii

completū sine intentionale multa alia dicuntur. sed hec sunt principalia ad propositum. Hanc autem opinionem quo ad singula ei² pūcta reprobant multiplicitate et diffuse. Jo. scotus l. iij. solutione ad quartā questionē radicantam vñica rōne pbando. et simili p^o eius. Diccam in pma qstioē qm. L. S^z qz nolo hic insistere arguo. qā vñica rōne. pbando. et inclusionē predictā. quia illa positio ē irrationabilis que ponit pluralitatē sine necessitate. Nam hoc est ptra doctrinā phorū ut pater pmo phisicoz de opinione melissi et anaxagore. et iij. de ania. et vii. Phisi. Quia enim natura nihil facit frustra semper vbi paucitas sufficit ad saluandū apparen- tias magis est ponenda. Et sicut sequēdū rōnem naturalē nihil est ponendū nisi qd ratio naturalis concludit. ita secundo fidei conuincit. S^z pdicta opinio nec ex rōne naturali nec ex veritate fidei cogitur ponere sacramenta legis non esse cās effectuas gratie modo supius declarato. vt in sequentibz pateat. Nec est aliqua necessitas imo oīno fictio et superfluitas ponere vniuersaliter in sacramentis talēm virtutem suā naturalē sicut in aqua vel in verbis platis. aut ponere in ania aliquā dispositionē puram gratie qā sit character vel ornatus. qz sine tali pluralitate pnt omnia salvare ut in serius apparebit. ita predicta opinio est irrationabilis. et p^ons conclusio vera. Secunda conclusio est q nullū sacramentū debet ppter hoc dici cā effectua grē qz de in sacramento assistat p modū specialis plementie. Ista conclusio est q Henricus de gan. qzto q. q. iij. vbi tenet qd de assistit specialiter sacramentis. et p hoc vult salvare q sacramenta sunt cause grē. Contraria h. p^oclusio arguit. Scotus sic. deus nō est p^ons essentia pntia vel potentia in aliq sacramēto plurimis in alio corpe. vel si ponat aliter hoc nō ē nisi ad aliquā effectū causandū. Sed qz sic sit ibi nō pōt esse p aliquā causalitatē sacramēti. sacramentū em in nullo est cā deum deter minans ad causandū effectū sibi. p^oriū. ergo tm est ibi dēns aliter qz in alio corpe ex determinatiōe scz prie voluntatis qz dis posuit sic opari coexistēdo tali corpi. et p^ons vel opinio illa fallit p^opōnū scz deum aliter assistere sacramentis qz dictum ē. v. ipsa habet pcedere qz ppter spālem assūten-

tiā dei sacramēta nō sunt cause grē nū ad istum sensum impropriū qd deus in sacra mentis ordinavit sic agere nō q ipsa sacramēta sic agant. et de tali ordinatiōe et libera pmissione ipse certificauit ecclesiaz. vñ in h. sen si tenet. Scotus qz sacramēta sunt cāe effec tive grē et non aliter. qd ipse diffuse decla rat sed transeō cā breuitatis. etiā qz ista po sitio satis clara est et forte clarior. qz sua de claratio patet qz secunda conclusio. T. Ad vidēndū aut melius qd sacramēta sunt cāe grē et qd non. et ad saluandū dicitur scōrū et doctor distinguendū est de cā efficien te. qz em cā est illud ad cuius effe sequit alio duplē pōt aliquid dici cā. Uno mō prie. qn ad p̄sentia esse vñius virtute ei² et ex nasa rei sequit effe alteri². et sic ignis est cā calor. Alio mō improprie. qn ad pntiam et vñi² sequit effe alteri². nō tm virtute ei² nec ex naura rei. sed ex sola voluntate alterius. et sic actus meritorius dicitur causa respectu p̄mō. Sic etiā cā sine q nō dicitur cā. Ex qz sequit primo q cā sine q non. nō dōz absolu te et simplē dici cā. qz prie nō est cā. Secundo sequit q in naturalibz nō repit alio cā sine q non respectu alio*v* effect^z. sed in voluntariis bñ repit talis cā. qz in natura libo spē natura rei sequit effectus. sed nō in voluntariis. Ista distinctione pmissa ponō terciā pclusionē qz sacramēta legi no ne pmo mō nō sunt cāe effective grē sed bñ secundo mō improprie. Ista conclusio simul quo ad vtrāq ptem pbatur sic. Ad p̄sentia sacramētorū ex virtute ipsorū nō sequit grā. solum ex virtute alterius scz deī agentis. ne talis sequela ē ex natura rei sed solū ex voluntate libera deī. ita conclusio vera. Non tenet extermis. Et aīs patet. qz solū et eo sequit grā ad p̄sentiam sacramētorū. qz de us sic instituit q non pferatur grā nū possitis sacramētis et ipsi positis coferat. Et si oppositū inlūmet effectus oppositus se queret. Ex hac distinctione sequuntur duo correlaria h. sancti Thomā. Primum est qz quodlibet nōne legis sacramētū solū est cā grē sine q nō. et ita pnt intelligi omnia dicta vel autoritates scz prie voluntatis qz vidēti sonare qz sacramēta legis nonne sunt cause gratie. Unde quādo mō et sancti di cunt qz sacramenta nōne legis effectū qz figurant. non est intelligendum qz proprie efficienti gratiam sed qz deus efficiēt ad

questio prima

ez p̄sentiā et hoc sufficit magistrz et alijs ad ponendū differentiā inter noua et antiqua sacramēta. Secundo sequitur q nullū sacramētū legis noue sive p virtute p̄pōz sive p virtutem ei collatam est prie causa efficiens alicuius dispositōis in alia ad grātiā p̄sente. Pater. qz talis rō pōt fieri de tali dispositōe sicut facta est de grā. hoc enī diffuse pbatur. Dicā in solutione p̄mē qstio nis qrti libri. E. Contraria illud correlatiū et secundā ptem qstionis arguo sic. et pbo qz sacramētū sive prie causa gratie et etiā dispositionis ad eam p̄vite. qz vidēt qz omne illud qz posito ponit aliud sive prie causa il lius. Nam de ratione cause prie dictē non est qz ad ipsam necessario sequatur effectus aut qz non possit ponit sive ipsa. qz ignis est prie causa calorū etiam non necessario sed mere contingēter ad ignē sequit calor. sic patuit de igne trium puerorū in fornace. si militē calor etiam igne plente pōt produci igne nihil causante sicut patet si de se lo pbuderet calorē suspendendo actionem ignis p̄sens. Igū ad hoc qz aliquid sit prie cā alterius insuffit qz ipso posito ponatur illud et ipso non posito nō ponat. sive sic ē de sacramētis respectu grē et cā. Igū ad hoc qz aliquid sit prie cā alterius insuffit qz ipso posito ponatur illud et ipso non posito nō ponat. sive sic ē de sacramētis respectu grē et cā. Igū ad hoc qz aliquid sit prie cā alterius insuffit qz ipso posita. sive nego p̄mā. qz nec p̄mū requiritur nec se cundum sufficit ad hoc qz causa secunda sic cā prie dicte. sed requiritur et sufficit qz posita ipsa ponat effectus. scz ex virtute ipsius cause et non solum et voluntate dei. sic autē non est de sacramētis et cā. Ad confirmationē aut quādo de qz ad p̄sentiā ignis sequit calor solum et voluntate dei. nego isto. quia qn ignis producit calorē talis calor sequit et voluntate dei principaliter. sed tamē vna cū hoc virtute ignis. Et qn pbatur op̄positum qz deo sic volēte sequit calor et cā. Dico qz hoc est verū sed nō est ideo verū qz ille calor sequit solum et voluntate dei. sed quia cessante voluntate dei cessant singula et qbus ille calor sequitur seu ponit in esse ideo et cā. Unde ocedo istam septimā p̄positionem qz licet ad p̄sentiā cause secundā prie dicte sequat effectus non solū et voluntate dei sed ex virtute ipsius cause et ex natura rei. tamē qz ad pntiam alicuius cause secunde sequat aliquis effectus virtute ipsius cause seu ex natura rei. solū est ex voluntate dei. Nā hoc solum est qz de vult

quartí sententiārū

talem causam assumere ad coopandum si
bi talen effectum queni si vellet possit sine
ea pducere. Ex qua sequit octaua propositio
quicet ois causa secunda propriedicta causet
effectum et natura rei. in q ipso sit causa proprie-
tia non est ex natura rei quod solum ex voluntate dei. Et hec de primo articulo quod sufficiat.

Secundum articuluz
videndum est. utrum possit creare simpliciter
puignet creature. quod etiam hanc materiam
tangit in figura. vlti. v. disti. tertili. ubi videt
tenere quod potentia creandi saltem ministerium
aliter seu instrumentalis est concubilis cre-
ature scilicet sacramentis seu ministris sacramen-
torum. cuius oppositum videtur probare secunda ratio
quod. Unde per intellectu huius materie premis-
to unam distinctionem. scilicet quod creare seu crea-
tio in philosophia et in theologia solet capi
quadrupliciter et non modis sumuntur annibilare.
quod quot modis dicitur unum oppositorum non
modis dicuntur et reliquum. Primo modo
creare communissime et largissime sumitur per
ut videtur est quod facere aliqd esse post non esse. et
correspondenter annibilare est facere aliqd
non esse post esse. Et sic accipit commentator
creare. in deo ubi dicitur quod intellectus cre-
at intellectu. Et hoc modo generatio non
differt a creatione vel corruptio ab annihi-
latione. Nam hunc modum clarum est quod crea-
tura potest creare et etiam annibilare. ideo de
ista acceptione nihil dicam. quod etiam nec est
mia. Secundo sursum creare.

ppria. Secundo sumit creare minus cō-
muniter & minus large put idem est q̄ fa-
cere aliqd esse post nō esse ab illo agere qđ
pōt hoc sine causalī influū materie r̄l sub-
iecti et corrūdet pōt sumi annibilari seu
annibilatio: & sic accipit̄ creare. qn̄ dicit q̄
omnis res est creator vel creatura. qz licet
deus producat multa ex subiecto sicut oēl
formas materiales. tñ dicit̄ oia creare. qā
oia pōt pducere sine causalī influū mate-
rie vel subiecti Et fm̄ hunc modū possibi-
le est idē creari & generari. & idem annibila-
ti & corrūpi Multa em̄ b̄ mō creant̄ q̄ etiā
generant̄ & pducunt̄ ex mat̄ia vel subiecto
Unde hic & in sequentib⁹ cum loquor de ma-
teria non intelligo solū materię p̄maz que
est subiectū formaz substancialiū sed p̄ ma-
teriam intelligo quodlibet subiectū de cu-
lis potētia pōt educi aliq̄ forma. & sic intel-
lectus est materia sue intellectōis sic etiā
eadem res est materia & forma. Nec ista ac-

ceptio est impropria. qz sic caput p̄hus ma-
teria. h̄. phisi. z. v. metha. qn̄ distinguit q̄ne
or genera cāz. s. materiā formā efficiētē z si-
nem. qz aliter nō oī cā reduceceret ad aliquā
istaz. Tercio mō sumit creare magis struc-
cte z magis p̄prie put idem est q̄ facere ali-
qd esse post nō esse sine cōcurſu causalī ſeu
influiſu materie v̄l ſubiecti ſine ſubiecto p̄
ſuppoſito ex quo illud fiat. z corrūdēter p̄t
ſumi annihilare. Et ſic accipit creare q̄r
dī q̄ anima creaſ vel grā in anima. qz liceſ
grā vel anima p̄ducat in ſubiecto nō tñ ex
ſubiecto. Nam in ſuo fieri vel ſuo eſte non
dependet causaliter a ſubiecto. Et iſto mō
capiendo creare nō eſt poffibile idem ſimile
creari z generari aut annihilari z corrūpi.
qz creatio et annihilatio n̄ p̄ſuppoūnt ſub-
iectū ex q̄ generatio p̄o z corrūptio illud p̄
ſupponunt. Et fm̄ hanc acceptionē nō eſt
bona diuifio entis q̄oē ens eſt creator vel
creatura. qz ſic nullū ens generatiū eſt cre-
atura. Nam oē generatiū fit ex ſubiecto. Et
intelligo oīa iſta de p̄ductione ad extra. qz
dī p̄ductione ad intra non eſſent vera. Nam
ſilius dei nō p̄ducit ex ſubiecto z tñ nō cre-
atur ſed generat. Ciaz eſt iigitur q̄ nō ſtat
aliqd creare vel aliqd creari iſto tercio mō
z non ſecundo mō prius dicto. ſed bñ econtra.
In q̄cquid p̄ot creare iſto mō p̄ot crea-
re ſecundo mō z ecotra. Ideo dī ſecundo mō
mobil dīca. qz dicto tercio patet de illo.

Quarto mō sumis creare satis stricte et
satis prie. licet non capiat sic cōmūniter p
ut idem est q̄ facere atiqd esse post nō eē ab
agente se solo canante ⁊ sine cursu alteri
us cause efficiētis. hinc p̄ducat ex subiecto
sive non. ⁊ corrīdetur p̄t sumi annibilare
Et sic capit creare. Hec i.c. vbi dicitur. creatio
deus oēm animā viuentē ⁊ c̄. Nō em̄ opoz
ter intelligere q̄dens tunc creat omnē ani
mam ex nihilo. sed iō oēm talem animā cre
at. dicitur q̄z se solo pdūxit licet pdūxerit
ex subiecto. Et fīm istū modū patr̄ ⁊ p̄ bene
stat idē simul creari ⁊ generari. q̄z ille amī
de q̄b̄ dictū est fuerūt create q̄z a solo deo
facte. ⁊ tñ fuerūt generate. q̄z ex subiecto p
ducte. Sic ergo patr̄ quōd creare dicitur q̄t uoz
modis. De q̄b̄ quatuor duo vltimi mag
sunt ad p̄positum. ideo de illis solum ponā
tres conclusiones. **D** Prima cōclusio
est q̄ capiendo creare ⁊ annibilare quarto
mō p̄ nullā potentia signe ordinata sint ab.

questio prima

solutam creatura potest creare vel annihilare. Secunda est q̄ capiendo creare et annihilare tertio mō et loquendo de potentia naturaliter ordinata nulla creatura potest creare vel annihilare. Tercia est q̄ capiendo creare et annihilare illo tertio mō. et loquendo de potentia simpli absolute quibet creatura potest creare et annihilare. Et istam tertiam non assero. qz coliter negat ab omnibus sed eam solum pono probabilitate et disputative. Prima conclusio probat sic. p nullam potentiam creatura se sola aut sine alio agente currente potest facere aliqd esse post non esse. vel aliqd non esse post esse. igitur conclusio vera. consequentia est clara. et auctoritas patrum. quia creatura nihil oīno potest nisi deo currere. Nam sicut necessario deo est omnipotens ita necessario si aliqd sit ipse est officiens. et etiam si aliiquid de esse transit in non esse ipse respectu illius subtrahit suam influentiā conservatiū. ac p hoc ipse ē illius causa destruktiva. Et hoc tenendum est ex fide licet non possit probari evidenter. et sic patet de quarto modo creandi de quo breuius transeo. qz de illo modicū loquuntur doctores. Secunda conclusio probat circa cuius probationem dico duo. Primo dico q̄ ipsa non potest probari evidenter ratione. Cum primo quia omnis probatio eius potest apparet soluit etiam sequendo puram phiam naturalem. Cum secundo quia puri philosophi posuerunt oppositum sicut Blasenna qui coedit creaturam creare posse. immo defacto creare. sicut patet in metha. vbi ipse ponit intelligentiam secundam esse causam producti uam tercie et tertiam quartam et sic deinceps. Illa autem intelligentia secunda vel tertio prodita creatra est. et productio virtusque creatio est eo modo quo ipse loquitur de creatione et creatura sexto. Herba. put scilicet creatio est productio de nihilo et est post nihil non ordine durationis sed ordine nature. put ipse exponebat ibidem vel de nihilo id est non de aliquo ipsius producti supposito. Hoc ergo modo ipse ponit intelligentiam secundam producti a deo. et tertiam a secunda nullo presupposito. et capere esse post non esse ordine nature sed non durationis. qz non ponit nouitatem. et iste modulus ponendi est bene subtilis et valde probabiliter sustinibilis. nec oppositum posset evidenter probari. Ex quo patet error Arestofilii et sui commentatoris qui reputauerunt principium

pium enidēs q̄ ex nihilo nihil sit. siue quo
qđ fit fit ex aliquo. quia nec est evidens nec
evidenter probabile. Et sic patet q̄ p̄dicta
secunda cōclusio nō p̄t evidenter proba-
ri sicut dixi. **I** Dico tñ secundo q̄ ipa
potest appareter probari Unde eatti nūs
est probare multipl'r sanctus Thomas. s̄z
oēs rōnes eius reprobant Scotus. eo q̄ il-
le supponunt multa falsa sicut ip̄e ostendit
in p̄ma q. quarti. ideo ip̄e facit alias rōnes
q̄s etiam refellit Ockā. q. q̄rra secūdi. ostē-
dens ibi cas nō pcedere ex veris. Holo tñ
hic insistere sed probo seu p̄suadeo cōclusi-
onem ostendendo p̄mo q̄ dē potētia natu-
raliter ordinata nulla creatura potest crea-
re id est aliquid facere esse sine subiecto cō-
currente. Secundo q̄ nec p̄t annibilare
Primum probat sic. q̄ si creatura posset cre-
are. vel naturaliter v̄l libere. Primo nō p̄c-
dici q̄ naturaliter. quia agēs qđ equaliter
se habet ad plura producibilia eiusdem rō-
nis q̄tum est de se vel oīa producit v̄l nul-
lū. q̄r nō est rō quare illud z nō istud. sed a
gēs naturaliter equaliter se h̄z ad oīa produ-
cibilia eiusdem rōnis q̄tum est de se immo est
ad infinita z agit fm vltimū potentie. igitur
si possit producere vnlū non reqrendo sub-
iectū receptiūm ex quo producat pari rō-
ne produc̄ oīa producibilia eiusdem rōnis
cum illo. z p̄sequēs poterit producere in-
finita. hoc autem est falsum. igitur zc.
Secundo nō p̄t dici q̄ creatura possit
creare libere seu p̄ libez arbitriz. quia sic
nō p̄t creare nisi mediante suo velle. z tūc
si ponat q̄ p̄t creare per suum velle. vel h̄
erit sic q̄ eo ipso q̄ velle ipsum producibi-
le esse ip̄m esset. vel sic q̄ volitio posita esset
cā ipsius producendi seu creandi. Si se-
cundo mō cum volitio posita z causata na-
turaliter causet illud cuius est ca. patet q̄
redit idem argumentū qđ factū est de actū
uo naturali. Si p̄mo modo cum voluntas
creata possit velle infinita eq̄liter sicut fini-
ta z eq̄ leniter. igitur poterit creare etiam in-
finita. z si non p̄ vnam volitionē tamē p̄ in-
finitas volitōnes successiue. hoc aut̄ vide
tur falsum sicut p̄us. q̄r non videt esse fini-
te potētia posse producere infinita. Danc
rationē prolixē tractat Adam p. q. quarti.
ipsam fortificando z declarando. et videt
mīhi q̄ ipsa bene concludit q̄ creatura fm
potentiam naturaliter ordinata seu p̄tute

quarti sententiariū

aut naturali non potest aliquid creare seu aliqd saceret non ex subiecto. et hoc tenetur philosophi propter experientiam. quod videatur in multis tam artificialibz qd natura/ libus qd omne quod fit. fit ex aliquo. si enim est ex pano. panus ex lana. ignis ex lignis et sic de alijs. Et non viderunt instantiaz in aliquo. ideo tennerunt qd quicqz facit ali/ quid de nouo facit illud ex aliquo. nec potest illud facere ex nihilo. et hoc est bñ verū fm potentiam naturaliter ordinatam. tñ rideatur mihi qd cum oibus predictis stat qd de potentia simpliciter absolute creature posse creare. qd deus absolute posset creature sup/ naturaliter coicare potentiam creandi. sicut patet in tercia conclusione. Quid adam teneat oppositum et communiter oes. Secundum pbaſlcz qd nec etiam creature potest naturaliter seu de potentia naturaliter anni/ hilare. quia agens naturaliter semper inten/ dit p prius productionē alicuius qd destru/ ctionē alterius. ideo qd potest annihilare po/ test creare. Unde videmus p experientiā qd in operationibz naturalibz semper ad destru/ ctionē viuus sequitur productio alterius. id dicit Aristo. qmo de generatione qd semper corruptio viuus est generatio alterius. igi/ tur. R. Sed contra pdictrā cclu/ sione sunt tria dubia. Primum est Ut p/ de possit creare mediata creature ipa cre/ atura pure naturaliter agente. Et videtur qd sic. qd deus creat animam humanā median/ te homine ipso homine pure naturaliter age/ te. aliter in pductione hominis hō non eet/ ea efficiens naturalis. Igis videtur qd creatu/ ra naturaliter posse creare saltem prialiter et instrumentaliter. Secundū dubium est. qd videtur qd creature possit annihilare. qd peccatum mortale destruit grām et infide/ litas fidem. sed destrutio gratie vel fidei ē/ annihilatio sicut eaz productio est creatō. Igis zc. Tercium dubium est contra mo/ dulū pbandi cclusionē qd p simile rōnem p/ baret qd creature nō potest naturaliter gene/ rare. qd arguis sic. omne agens naturaliter nō/ impeditu respiciens plura pducibilis eq̄li/ ter pducit quodlibet vel nullū. Sed omne agens naturaliter equaliter respicit omnē formā pducibile de potentia huius materie ab ipso in eam. Et similiter illa materia vel/ subiectū indifferenter est in potentia ad re/ ceptionē cuiuslibet illaz. qd nec habent or/

dinem adagens nec ad passum cū quelibz illarū oīno nibil sit. igitur pducere quilibet talē. et p ūis pōt pducere infinitas vel nul lam pot zc. Item si illa rō aliqd pbat non videt aliud pbare nisi qd creature nō potest aliqd pducere nisi in receptuō sicut qmā et grām. Igis zc. Pro solutione pmi dubij sciendū est qd deum creare mediante creature p intelligi dupl. Uno mō qd de us creer aliqd creature illud idem pducere. sicut celū agit mediante lumine calorez qd lumen secum agit calore. Et sic loquendo deus non potest creare mediata creature. ipsa creature naturaliter agente seu fm cursum nature. quia si deus sic faceret eaz mi/ raculū. Ultrū autē possit sic facere videbit in tercia cclusionē qd sic. Alio modo pot in/ telligi deum creare mediata creature quia dat potestate creature aliqd faciendū ali/ quo receptuō. quo facto ipse vult immu/ tabilitate causare. sicut dedit potestatez hō/ sic disponendī materia in generatione ho/ minis qd ipsa sic disposita ipse imutabiliter velitaniam intellectuā creare. Et isto mō posset deus multa creare p creaturam sen/ mediante creature. qd ipse de facto sic nō creat. Sic em potest coferre sacramentis vel ministris sacramētoz potentiam creandi. id est causandi aliquē effectū naturale vel fa/ ciendi aliqd naturaliter circa aliqd subiec/ tum utpote circa puez baptisatum. qd fa/ cto imutabili ipse vult creare. hoc autē potuit sed nō fecit. sicut dicit Aug. omet. v. sup Jo. et allegat illud mgf qrtol. distī. v. Et sic dicit Scotus et Adam post eum qd mgf intelligit in illa distinctione deum posse coicare creature potentiam creandi. li/ cer hoc non coicauerit de facto sacramen/ tis vel ministris sacramētoz. P. Pro/ solutione secundi dubij pono aliqs ppones

Prima ē qd nec peccatum mortale actiue destruit grām nec infidelitas fidē infusa. Secunda qd infidelitas bñ destruit actiue fidem acq̄soram. qd illa destrutio nō est annihilatio sed corruptio. sicut pductio fi/ dei acquisita est naturalis generatio.

Tercia est qd petī mortale demeritorie destruit grām et infidelitas fidem infusa. deus autē solū actiue destruit eas. s. nō ser/ uando seu subrahēdo influentiā manute/ nentie sue ab eis. Quarta pōt est qd qsci/ to ponit casus culpe mortalitatis citio et nō

questio prima

prīus vel posteriō tpe vel natura deus an/ nihilat grām. Exemplū de obſtaclo lumi/ nis. Ad tertium dubium pōt rōnideri dupl. Uno mō fm Ockam qd tenet qd id agens naturale de eode passo nō est in eternū na/ tuū pducere nisi vnicū individuum eiusdem rōnis adeq̄tu sue actiuitati et eodez passo fm numerz. tq ista forma rediret q̄tis idē agens pducere et individuum eiusdem speci/ ei et illa materia. Et istud tenet Scotus in li. qrtol esse multū pbable et magis videtur ad hoc decliare. et fm istū modū leuissime rōdetur ad illam obiecture que siebat cōtra illā rōnem cōclusionis sicut patz intu/ enti. Sed Adā reprobat illud et ostēdit qd idem agēs numero possit de eadē materia nūero pducere diversa individua sue vir/ tuti adequata. sicut ignis de eadem matia multos ignes succellue pducere pōt. qd/ rum qdlibet pportionet actiuitati sue. Vide pcessum suū si placz. qd trāeo cā brevitatē. Secundo mō potest rōnideri fm hāc vi/ am ad illā obiecture. pro quo pono ali/ quas ppones. P. Prima sit hec. Qd agēs naturale pōt pducere infinita. uno aliqd est agēs naturale quod nō potest pdu/ cere qd pducere infinita quia aliqd est agens naturale qd nō potest pducere nisi pducat ens p̄tinuum. et quodlibet tale ē in/ finitū. qd infinitē partes pportionabiles. Secunda est qd nullū agens natura/ le potest pducere infinita actu separata. patz qd nō est possibilis infinita multitudo in/ dividuoz actu separatoz. Tercia est qd in/ finita actu separata eiusdem rōnis pōt agēs naturale naturaliter pducere seu genera/ re de quolibet passo deq̄ pōt vnum indivi/ duū pducere. patet. qd cū vnum possit p/ ducere et nō solū vnum ut dictū est sed plura eiusdem rōnis sequit qd non potest pduce/ re qd plura possit. et hoc si duraret. igis zc. Quarta pōt est qd nullū agens naturale pōt naturaliter pducere ex aliqd subie/ cto seu passivo nisi vnicū individuum vna/ vice. et ideo agens qdū sit de se indetermi/ natū ad recipiēdū istud. vel illud tñ passuz non est naturaliter natum fuscipe p̄la siml. Ideo agens ex subiecto determinatur ab ipso subiecto naturaliter ad producenduz vnicū vna vice qdū non determinet ab ipso passo ad plus producēdū illud. quod pducit primo qd aliud secundo producibi

le de eodez. Si vero qras a qd sic deter/ minat. Rñdet Adam qd ab agēte libero. s. a deo ipm secundū agens pueniēte liberare determinante ad pducēdū istud individuū um plus vel prius qd aliud. Unū dicit qd ex hoc sumitur efficacissimū argumentuz ad pbandū qd phos maxime Arestotilem et suū dñmetatorē deū esse agens liberate ptingentie. Ethoc idem post eū tenet Grego. li. pmo in materia de intentiōe for/ mag. Ex pdictrā patet faciliter solutio ad obiecture contra rōnem cōclusionis. Sz ad pfirmationē eiusdem obiectōis quādo dicit qd si illa rō aliqd probet non videt ali/ ud probare nisi qd agens creatū non p̄t alī/ quid pducere nisi in subiecto mō cum h̄ stat qd possit creare. zc. Dic dico primo qd stat aliqd produci in subiecto et non pro/ duci ex subiecto. vt bñ probat ratio. Undō differentia est inter illa sed bene difficile ē illā explicare verbis. hoc autē debet videri sup secūdo libro. Dico secundo qd nō stat naturaliter agēs creatum aliqd agere i/ subiecto et illud nō agere ex subiecto. Ido rō cōclusōis procedit. qd zc. Ultrū autem agens creatuz absolute possit aliqd facere in subiecto et nō ex subiecto teneo qd sic. qd cū vtrūqz. s. pducere in subiecto et pprodū/ cere ex subiecto cōveniat ageti creator et p/ mū absolute possit separari a secūdo. Hō vi/ de qd qmū absolute possit inesse sine scđo qd zc. A Tertia cōclusō probat Cir/ ca quam sciendū est qd sicut dīz qd de aliqd pōt de potētia absoluta qd nō potest de potētia ordinata. ita dico dīz creatura. id cōcedo pbabilis qdlicz creature de potētia natura/ lis eu naturaliter ordīata nō possit creare vel/ annihilare vt dictū est. tñ ista pōt dīz potē/ tia simpliciter absolute. s. sup naturaliter seu mi/ raculose. Et hoc capiendo creare et annihili/ lare tertio mō. Unū arguit primo sic. nō ap/ paret aliqd pōt qd de velle et abolute posse velle creature actiue facere aliqd eē post nō ēē vel nō esse p̄esse sine passo p̄sup/ posito ex qd sic agere. igis h̄ est absolute pos/ sible. Scđo arguit sic pfirmando pdi/ cta rōz qd si posse creare absolute repugnet/ creare h̄ et matie qd necessarie eaz qd vtrū creatura sit infinita. sz pbo qd h̄ sit necessariū absolute. qd autē h̄ et rōne tm̄ pductōis. i. sp̄ pductōi. aut rōne pductōis aut rōne dista/ tie ic tm̄inū a qd remīnū ad que. s. if ee zc. ēē

quarti sententiarū

Sed p̄mum non valet hoc em̄ non epi-
gur infinitatē. qz ois terminus creatōis ē fi-
nitus. Nec secundū. cum omnis mod⁹ cre-
ationis sit finit⁹ qz est aliquid extra dēū. Nec
terciū. qz ipsa pductio est finita cum sic cre-
atura vel aliquid in creatura. Nec quartū
qz nulla est ibi distantia positiva nec prīma
tua. Et de hoc bñ psequit̄ Scotus p̄tra
Thomā p. q. sup quarto. z alibi in pmo. et
alij multis locis. Et etiam sicut bñ dicit
Ockam illa cā de distantia terminoz nihil
valet. qz si valeret ita cōcluderet qz creatu-
ra nihil posset facere Nam tanta distantia
est inter terminū a qz terminū ad quē pro-
ductionis naturalis sicut creationis si ali-
qua sit ibi distantia. igif non apparet ratio
cur potentia creativa necessariō debeat eē
infinita. z p̄ns cur non sit absolute cōmu-
nicabilis creature. Tercio arguit̄ sic. qz
licet dens talem legem naturalē rebo ordi-
nauerit qz vnu angelus non pducti alii
angelū. tamen non apparet aliquid contradic-
tur hoc nō possit absolute sicut ignis pōt
pductere ignē. cum sit pfectiois posse pdu-
cere sibi simile. tanqelus sit multo pfectio-
ris specie qz ignis. Quarto pbo qz fa-
cto creatura sepe creat z deinde qz annihili-
at. et arguo sic. Quicqz seruat aliquid z
non ex subiecto creat illo quod sic seruat
sed creatura sepe seruat aliquid z nō ex sub-
iecto. igif creat z. maior videt̄ vera. z mi-
nor patz d accidētib⁹ qz sunt in eucharistia.
que cōseruant̄ a cā naturali nō in subiecto
ita bñ sicut qn erant in subiecto. Ad istam
rōnem rñdet Ockā in secundo libro dupli-
citer Uno modo qz accidentia eucharistie
cōseruant̄ a solo deo z nō a creatura. Alio
modo qz nō est simile de creatione z cōser-
uatione. qz aliter agens respicit pductū in
actu z aliter nō pductū. qz ad quodlibet p
ducibile non pductū est indifferēt. z. Iō
concedit qz creatura potest seruare aliquid
sine subiecto sed nō creare. Sed prima
responsio non videtur valere. qz apparet
sensu humano qz illa accidentia cōseruant̄
a creatura sicut ante qz erant sine subiecto.
igitur non est magis negandū qz cōseruan-
tur a creatura post qz ante. a nō est notum
culibet z psequentia tenet̄. quia in fide xp̄i
nūqz neganda est apparentia sensus natu-
raliter bene dispositi misi vbi expressa auto-
ritas fidei vel efficax rō sumpta ex his que

sunt fidei ad hoc cogit Sicut negamus qz
eucharistia sit panis qz quis hoc eque appa-
reat post plationē verborum sacramenta-
liū sicut ante. quia ad hoc negandū cogit
expressa autoritas vel ratio. z. sicut patet
intuenti. igitur z. Similiter secunda re-
sponsio non videt̄ valere. quia probo qz
seruare aliquid non ex subiecto sit creare
D. Ad cuius p̄bationez pno aliquid
propositiones. Prima est qz cōseruatio
alicuius rei est eiusdem rei p̄tinua pductio
ita qz omne qd ab aliquo cōseruat ab eodem
p̄tinua pductio. Ista p̄pō manifeste est de in-
tentione Aquicēne rbi p̄us allegāt in secū-
da conclusione. Et patet etiam fm p̄biam
Arestotilis qz fm eam non sunt nisi qm or
modi causaz. s. materialis. formalis. effici-
ens et finalis. Sed p̄stat qz conseruare est
causare. et esse cōseruatorē est esse causam.
sed hec causalitas non est causalitas mate-
rialis formalis aut finalis vt notum ē igit
est causalitas efficiens. z p̄sequens cōser-
uare aliquid est efficere seu pductere illud.
quare z. Secunda est qz ois productio
alicuius z nō ex subiecto est creatio. bñ tamē
verum est qz noua pductio alicuius z non
ex subiecto est noua creatio z pductio talis
que nō est noua sed p̄tinua est p̄tinua crea-
tio. Et ita ex duab⁹ p̄pō patet qz conser-
uatio alicuius nō ex subiecto qz non sit
noua pductio m̄ est pductio continua. z p̄
nō qz non sit noua creatio m̄ est crea-
tio p̄tinua. Unde pro maiori intellectu
pdictoz sit hec tercia p̄pō qz quis isti termi-
ni productio z p̄seruatio pro eodem suppo-
nant vt iam dictum est tamen diuersa con-
notant. z etiam productio se haberet in plus
qz conseruatio. quia iste terminus produ-
ctio dicis generaliter de illo quod est ab a-
lio sine de novo sine non. conseruatio p̄ lo-
lum dicitur de illo quod est ab alio z nō d
novo sic qz non sit ab eo primo sed pri⁹ fuit
ab eo. z. Ex his omnibus sequitur qz
ta ppositio qz hec cōseqntia nō valet hoc in-
cipit creari ḡ hoc incipit pducti. Nec ista. h
de novo creari ḡ de novo pductio. Patet qz
a nō est verum de accidente eucharistie im-
mediate post p̄se rationē panis. z p̄ nō d
eodem est fallum. igif z. Quinto ad p̄n
cipale arguit̄ sic. Approximetur hostia
consecrata igni certum est qz ibi produce-
tur calor et tamen non in subiecto. Sed

questio prima

non est negandū qz ille calor pducatur ab
igne cum hoc appareat sensu z fides nō co-
gat illud negare. igif ignis creat ibi calorē.
z. Sexto arguit̄ qz creatura annihilat
qz approximēt hostie p̄se rationē albedinis certū est
qz illa albedo destruet p̄ nō annihilabit̄
Sed nō est negandū illā destructionē seu
annihilationē esse ab illo agente naturali
cū hoc appareat sensu z. sicut immediate
argiebat̄ igif z. Sed ad hāc rōnem rñ/
det Ockam in qzto duplicitate Uno mō qz
accidens separat̄ nulla h̄tute creatā pōt cor-
rumpi. qz hoc eset qz annihilationē. z nul-
la creatura pōt annihilare sicut nec creare
z istaz rōnem ipse simp̄lē teneret in scđo. q. v.
z in secundo qli. q. nona. Sed h̄ ea est rō iaz
facta de apparentia sensus. Alter respon-
det qz creatura pōt annihilare licet nō cre-
are. z rōnem diuersitatis assignat̄ quā trā-
seo causa breuitatis. Etiam qz ista rō cōce-
dit p̄politum de annihilationē. Sz con-
tra cā arguo pbando qz si creatura in casu
posito annihilat̄ qd erā creat. qz exp̄ientia
docet qz si corrupti in eucharistia aliqua
qualitas ibi alia introducit̄ ad p̄pō eius
dem actui ad cui⁹ p̄nitiam corrūpebat̄ p̄i-
ma. Et ita dicendū qz ab eodē actu pdu-
citur secunda a quo destruebat̄ p̄ma. vt si
ab igne destruit̄ frigiditas ab eodez intro-
ducit̄ caliditas. Et ista secunda ita bñ est si-
ne subiecto sicut p̄ma maxime si non pon-
tur qualitas distincta a qualitatib⁹ sic iste
Ockam ponit. Igif si ages creatū annihili-
at vt pbatum est. z ab isto pcessu sequit̄ qz
etiam creat. z sic patet oclusio. z.

Sed contra pdicā oclusionem expr̄
se videns esse quedā autoritates sanctoroz z
doctoz. Prima est Augustini sup Hen.
p. de magnis et. et. de p̄mis. Angelī nullā
sino p̄nt creare naturā. z ibidē ca. xx. Cre-
are aliquā naturā nullus angel⁹ qz nec
scip̄m creare pōt. Si ḡ non pōt angel⁹ nec
aliquā inferior creatura. Secunda est Da-
mai. ca. xviii. Qui dicunt angelos esse cre-
atores alicui⁹ nature sunt oēs filii diaboli.
Tertia Athanasi li. suo cōtra arrū. po-
nente. s. esse creaturā. Creaturā creatricē
esse nō posse nulli oīno esse estimo ambigu-
um. Quarta Hugonis de sacramentis
li. pmo. pte. vi. ca. viii. De nihilo facere ali-
ud sine de aliquid nihil solus de pōt est. Dul-

tealie possent induci sed iste vident̄ magis
exp̄isse. Ad istas autoritates et oēs simi-
les p̄t rñderi qz intelliguntur de potētia na-
turaliter ordinata z creature naturalē in-
dīta. z sic sunt p̄secunda oclusione. sed per
eas non negat̄ quā creature possit creare
vel annihilare de potētia simp̄lē absoluta
z facto aliquid miraculo p̄ter vel h̄ potētia na-
turaliter ordinata. z hoc non est cōtra pdi-
cam terciā oclusionem. Uel aliter pōt dici
qz nulla creatura pōt creare vel annihilare
autoritatē te sola z virtutē p̄pria. sicut po-
nit p̄ma conclusio. z ic p̄t intelligi p̄di-
cre autoritates de qz cung⁹ potētia sive or-
dinata sive absolute. sed tunc non sunt cō-
tra terciā conclusionem. Hec de secun-
do articulo.

Quantū ad tertium articuluz vi-
dendū est vtrū sacramenta legis noue sint
pfectiora sacramētis legis antique. Circa
qd tria videnda sunt. Primo qz sit sacramē-
ti diffinītio. Secdo qd antiquē pferebat cir-
cūs. Tercio ex his patebit hūi articuli
rūs. Ad videndū em̄ differētā sacro-
rētēz z nouorū p̄us est videndū de circūci-
sione vtrz ipsa p̄ferebat grām. qz de hoc tā-
git m̄ḡ in p̄ma distinctione hūi qrti. z ter-
cia rō. an op̄politum q. Primo igif circa
diffinītōe sacramēti notandum est qz fm
Arestoti. qz posterior p̄pō duplex est diffinītio.
Una est exp̄imens ad rei. Alia exp̄imes qd
nois Primo modo nihil diffinīt nisi sit res
vna. z si sit vna vnitate p̄positionis p̄tium
diuersarū rōnū sicut materie z forme. tūc
xp̄rie diffinīt p̄ genus z differentiā essentiā
lem. que diffinītō vocat diffinītō qdditati-
ua. Si h̄o sit res simplex sicut angelus v̄l
afa aut̄ res vna vnitate p̄positiois p̄tū eius
dem rōnem sicut caliditas v̄l frigiditas tūc
non pōt diffinītō diffinītōe quidditatua.
sed bene diffinītōe descriptua que dat p̄
genus z differentiā vel differentias acci-
dentes z p̄m̄tos cōceptus qz qlibet ē in
plūz et totū in eque. Secunda aut̄ modo p̄t
omne vnuersale diffinītō qz qd significet i-
recto vel in obliq. eo qz p̄oi noie p̄nt pon-
noia distincte significantia illa qz significa-
tur p̄ vnu nomē. Ad p̄positū ergo dico qz
sacramētū non pōt p̄mo mō diffinītō. qz
non est aliqua res vna. z hoc requiritur vt
diffinītō illo modo. sed bene diffinītō fe-
cundo modo. scilicet diffinītōe qd nois.

quarti sententiarū

Et sic diffinit magister sacramētū q̄ est in visibilis gratie vīsibilis forma. Et Augu. p. de trī. ca. v. Sacramētū est sacre rei signū. Scđo notandū est q̄ Sc̄otus. q̄. q. quarti exponendo p̄dictā diffinitionem magri diffinit sacramētū sic. Sacramētū est signū sensibile grām dei vel effectū dei gratiūtū et institutione diuina efficacit̄ si gnans ordinatū ad salutē homis viatoris. Et in hoc q̄ dicitur efficaciter includit taz̄ certitudinaliter q̄s prenotisce. Et fm h̄ r̄ dicit est intelligēda diffinitō magistri. Un̄ cum in ea ponit forma debet intelligi p̄ si gno. sicut ymagō Herculis dicitur forma eius. Q̄ aut̄ dicit vīsibilis. capiū ibi p̄ sensibili cuiuslibet sensus. q̄r̄ visus est excellētior oī sensu et plurū differentiaz̄ cognosci ciuns fm phm p̄mo metha. Ponit aut̄ ibi inuisibilis grā. p̄ effectū dei gratiūtū interiōrī ordinato ad salutez̄ hoīs viatoris. Hō em̄ oportet q̄ sem̄ res sacramēti sit grā existens in anima. sicut patet in eucharistia. Debet enim in dicta diffinitione suppleri ex institutione diuina contra signū signas naturaliter et efficaciter contra signū equi uocum seu dubiū et cōtra signum sequens naturaliter signatū. Tercio notandum est q̄ Sc̄otus p̄. q. q̄rti diffinit sacramētū et signum signans effectū dei gratiūtū. Et dicit q̄ hec oratio non predicit mō nū de sensibili. si m̄ deus institueret spūalitā ad signandū dei effectū gratiūtū tunc illa eīs p̄petet sicut modo sensibili. ideo in illa diffinitione nō ponit sensibile vt possit esse coīs tam sensibilius q̄s spūalibus q̄bus potest diffinitū p̄petere. Et in hoc bñ dicit vt mihi videtur et valde cōcordat cuī illa diffinitione Augustini. sup ps. vii. vbi dicit q̄ sacramēta ve. legi tm̄ p̄mittebant et significabāt. hec aut̄ dant salutē. sc̄z sacramēta noua. Alij autem dicit q̄ p̄cipalr̄ instituta fuit circumcisio. p̄pter deletionē culpe originalis et p̄tēt ad gratiam p̄ferendā et p̄ tanto dicitur nō p̄ferre grām q̄r̄ non ex p̄cipali institutione sed concomitāter.

Cōtra phm̄ opinionē apparet satis ex se. cūda p̄tē p̄ime cōclusiōis q̄in circumcisōe cōferebatur gratia. et ad hoc etiam sunt autoritates p̄ma Augustini in libro de nuptiis et cōcupiscentia. et ponit de p̄se dis. viii. Et q̄ instituta est circumcisio ad purgationē peccati veteris valebat magnis et p̄uulis sicut baptismus valere cepit ex quo instituta

questiō prima

est quod non esset nisi conferret grā. Item Beda sup illud Luce. ii. postē p̄summati z̄. salutifere curationis auxiliū circumcisio in lege agebat q̄d baptisim⁹ tpe gratie cōfueuit. igitur z̄. Sed cōtra secundam opinionē p̄baſ q̄in circumcisōe intēdebat gratia. quia agens fm̄ rectam rōnem p̄ncipalius intendit p̄fectionem q̄s carentiam imp̄fectionis. quia non intēndit illam cōrentiam nū. p̄ter p̄fectionē. iḡt̄ z̄. Tercia p̄clusio est q̄l̄cer sacramēta noua sacramētis antiquis sint p̄fectiora tamē hoc non est idēo q̄r̄ in solis sacramētis nouis conferret gratia. Prima pars patet. quia legis p̄fectioris sacramēta sunt p̄fectiora. Secunda ps patet. q̄r̄ etiam in antiquis sacramētis conferebāt gratia sicut iam p̄batum est de circumcisōe. iḡt̄ z̄.

Hic est ergo dubitatio in q̄ sacramēta noua sunt alijs p̄fectiora cū in alijs conferebāt gratia sicut consertur in istis. Item q̄d dicendū ad autoritates supra taz̄as que vident̄ negare gratias a sacramētis antiquis. Pro solutione istorū notanda est q̄dam distinctio quā ponit Sc̄otus. l. q̄ sacramētū p̄test capi. p̄rie et improprie. Modo in lege moysi fuerūt multa sacramēta improprie dicta. sicut purgationes ab iminūdicijs tractas. vt a tactu mortui et a lepra et sic de alijs. Erant etiam ibi q̄dam sacramēta improprie dicta alia a predictis tamen plus accendentia ad p̄fectionē sicut erāt oblatōes hostiar̄. hec em̄ pertinebant ad cultuz̄ latrīe pro tpe illo q̄ de sic voluit col. Et iste sc̄z purgationes et oblationes dicebāt ceremonie v̄l̄ ceremonia sacra menta. Et de istis p̄test p̄cedi q̄r̄ nō dabāt grām tanq̄ signa efficacia respectu grē modo q̄ expositiū est efficaciter i diffinitōe sacramēti. Imo etiā dixerūt alijs q̄ nec in illis p̄ferebāt gratia p̄ modū meriti. sed istud videtur numis duri q̄r̄ alijs et obedientia seruer dei p̄ceptū cuiusmodi erant p̄cepta de p̄dictis ceremoniis in lege et m̄ q̄r̄ nō inerat grām vel augmētū eius si ea habeat p̄bus. ḡl̄cer in illis non p̄ferref grā et virtute opis op̄ari sicut sit in sacramētis p̄rie dictis. m̄ in illis p̄ferebāt virute opis op̄antis. i. virtute boni motus intērorū tanq̄ meriti. Et p̄ter illa adhuc in lege erat circumcisio que fuit proprie sacramētū. in ea em̄ cōferebāt grāta. virtu-

te operis operati ita q̄ non requīrebatur in suscipiente bonis motus intērorū qui inē reretur gātiam. sed sufficiebat q̄ suscipiens eam non poneret se obicem. Et si sint aliquā dicta sanctorū aut doctorum negātia gratiam a sacramētis antiquis loquēdo non solum de sacramētis improprie dīctis sed etiam de circumcisōe. illa posunt tripli ceter intelligi fm̄ triplicem comparationem perfectionis sacramētorum nouorum supra antiqua sacramēta.

U Primo modo p̄test intelligi q̄cīr cumcisō non conferebat gratiam nec alijs sacramēta antiqua. id est parvam gratiam conferebāt respectu baptisimi et aliorum honorum sacramētorum. Secundo modo p̄test dici q̄ non conferebāt gratiam sc̄z que esset immedīata dispositio ad gloriam. quia illa gratia non aperuit ianuam regni. sed hoc non fuit ex defectiū illorū sacramētorum. sed quia flūterunt tempore quo nondum erat p̄cium solutum. id est ante passionem christi. Unde ita fūiſz tūc de sacramētis nouis. Nam lic̄ omnia sacramēta tam noua q̄s antiqua habuerūt efficaciā a solo deo tanq̄ a causa principali. tamen a christo patiente siue a passione christi habuerūt efficaciā tanq̄ a causa meritoria sicut probat Sc̄otus i quarto. p̄. questi. q̄. distinc. Modo sicut ipse dicit ibidem quia obsequium insticie de facto exhibitum ad maius acceptatur q̄ ipsum solum p̄cium. Trinitas vero in sacramētis antiquis conferebat gratiam merito passionis christi tanq̄ ab ea p̄missa. ipsa autem nūc in sacramētis nouis cōfert gratiam merito passionis christi tanq̄ iam exhibito. Ideo maiorem efficaciā habent sacramēta noua q̄s antiqua. Et etiā noua maiorem habuerūt efficaciā post christi passionem q̄s ante. quare perfectio ra fuit post q̄s ante. Tercio modo p̄test intelligi q̄ circumcisō non conferebat gratiam. quia non vnuerūt cōcūtū suscipienti. ipsa enim forte et sua institutiōne determinabatur ad certum gradum gratie ita q̄ ultra illum non conferebat. et si tantum gradum inueniebat in suscipiente nūb̄l̄ conferebat eidem. Et iste ultimus modus apparet de intentione magistri. Unde cum ipse dicerat q̄ in circumcisōne gratia non dabatur. statim ipse subdit

quarti sententiarum

vt in baptismo. Et causam reddit. quia cum
cumcunq*z* iustus accedit ad baptismum
vteriorem ibi accipit gratiam supplemen-
tantum habeat q*z* maiorem habere nō pos-
sunt sed sic non erat de circūcisio*n*e. Un*z* ab
he iam iustificato signaculū tantū fuit et
bil*z* cotulit supple*z* p*o* modū sacramēti.
iam babebat illū gradū ad quem deter-
nata erat circūcisio*z* ad quē poterat p*o*-
te opis operati. sed tñ ei bene*z* tulit virtus
opis opant*z*. quia credendū est q*z* act*z* c-
eucidendi ex obedientia dei*z* caritate pa-
dens fuit ei valde meritorius sicut imola-
tio ysaac. Licet ergo in circumcisione no*n*
sem dare*z* gratia tamē ipsa erat verum
certuz signū gr*z*e. vel in fieri si nō erat obe-
vel in esse sicut in Abrahā*z* ita de circum-
cisione*z* baptismo christi. **X** Et prece-
ptis patet q*z* sacramenta noua tripl*z* per-
ficiorū sunt antiquis sacramentis. sed adhuc
quarto sunt pfectiora. quia licet omnia
cramenta sint instituta a deo tamē antiquis
deo instituta fuerunt mediante alio. qui
fm apostolum lex per angelos data est i
manu mediatoris. Noua vero sacramen-
ta a christo vero deo immediate instituta su*n*
ut de singulis patet. De baptismo **Marc**
thei vltimo Ite baptizantes z*c*. Decuchas
ristia **Marthei** vicesimo sexto. in cena. De
confirmatione **Johannis** vicesimo. Acci-
pite spiritum sanctum z*c*. vel Actuum se-
cundo. De penitentia **Jobānis** vicesimo.
Quorum remissitis peccata z*c*. De extrin-
seca*z* vincione non appetet ubi fuerit in-
stituta. tamen **Marc** certo legitur capo.
stoli vngabant infirmos z*c*. quod non se-
cissent nisi ex institutione christi. De mat-
rimonio **Marc** octavo appetet q*z* christus
approbat illud quod deus in statu imo*n*ie
tie per os **Ade** publicauit. De ordine **Mart**
thei vicesimo sexto. Hoc facite in meam z*c*.
Et **Johannis** vicesimo. Quorum remis-
sitis peccata z*c*. Et hoc verum est fm tho-
mam et Scotuz. Quod tamen non tenet
dominus Armanacus libro suo de questi
onibus armenozum Sz de hoc z*c* dealh*s*
in suis locis videbitur.

*Ethecc de tertio articulo. Ad rationes
se oppositum patet ex dictis quid dicenda
sit re. Ethecc de questione.*

Quæstio secund

a
Via in seculi

da distinctione huius quae
magister incipit tractare in
speciali de baptismo christi
ideo quero Utrum bapti-
tum ad salutem necessarium cuilibet
ergo primo quod non. Nullus bapti-
tum est ad salutem necessarium via
falsa. p[ro]pria est clara Et a[n]n[u]m
necessitate absoluta. quod clara
posit de potentia absoluta salutis
non baptizatum. Sed de necessitate
quia clarum est quod de lege ordinis
sunt fluminis non est ad salutem
viciatio. Nam per baptismum san-
cti marci. sicut patrum de innocentibus
et quolibet baptismo inducitur
ad salutem. Sed arguitur si
i fuerunt baptismi Johannis
ter baptisari baptismi christi
est clara. et annus patrum per ingens
distinctio. vbi dicitur quod spem
apostolus Jo. et patrum et filii et sancti cre-
derunt postea baptisandi. Tertius
missio aliquem sufficiebat ad salutem
i delebat et gram p[ro]ferebat ut
cedenti questione. Sed Christus
de baptismi non evanesceret nec
cucurrit. Tum primo quod ipse
Non veni solvere legem nisi ad
cuncus alii data fuit in lege
in secundo. quod Henr. xvij. da
et circuncisio in fedis semper
misura. Tum tertio. quod de
cucurrit. nec apparet vbi ea re
xps ea seruauit toto tempore vi-
sa a deo potest aut potuisse ea re
la adhuc sufficere ad salutem.
necessarius baptismus tamen
inter Joh. xij. Filius quis renatus
tamen. In ista questione erunt tres
alios. In primo articulo
baptismi diffinitio. In se-
cundo de principali quesito
articulo virtutum per institutio[n]es
data sic circuncisio. quod de isto
argumento an oppositum quod
tum ad primum articulum ponere
est baptismi diffinitio quod est
artificis. Baptismus est ab

questio secunda

lutiō hominis viatoris. nec actualiter ne
habitualiter dissentiētis. facta in aquā elem
tari fluida ab alio simul abluite et pferet
te certa verba a Christo instituta cum intentō
faciendi quod intendit facere ecclesia christiana.
Ex hac enim diffinitione patet quae
sit materia et quid forma baptismi. sic loquendo
sicut doctores loquuntur de materia et for
ma sacramenti. Patet etiam que sit perso
na ministrans vel persona suscipiens baptismum.
Primo enim patet quae sit materia bap
tismi. quia aqua elementaris fluida. per hoc
quod dico elementaris excluditur qualitas hu
mor mixtus mictione que variat speciem
aque et de quo aqua dicitur equinoce. sicut ac
rosacea vel vrina que est colatura sanguinis
vel ceruisia maxime bona que bene nutrit.
Ubi vero mixtio non mutat aquam a specie
sua aqua est conueniens ad baptismum. sicut
est in aqua mixta per diffusionem ptium ter
restrium iuxta positarum vel aliarum manen
tium in suis speciebus ut aqua maris. lici
tū vel aqua sulphurea. Ubi vero dubium est
de mictione an variaret speciem aquae vel no
tum in farinata et in brodio carnium et in aliis
bus ceruisijs aut alijs similibus. de quo non
ad theologum sed ad physicum vel ad medicum
pertinet indicare. tunc in tali dubio via cer
tior est tenenda scilicet. Per hoc autem quod dico
fluida excluditur congelata ut nix vel glaci
es. et generaliter omnes aque que licet ma
neant in specie sua tamē per iuxta positarum
grossorum corporum vel alias efficitur tam spis
sa quod non potest abluiere vel lutum zolia si quod
sunt similia. Si autem queras cur bap
tismus fiat potius in aqua quam in aere. cum
aer sit communior quam aqua. Dico quod sola ra
tio est diuinum beneficium quod ita voluit or
dinare. Ad hoc tamen sunt congruetie.
Primo quia aqua est magis frigida. Se
cundo quia ipsa est magis humida. Ter
cio quia ipsa est incisa. Quarto quia satis
communiter habita. In primo significat concipi
sciente extincionem. in secundo significat gratiae in
unctio. in tertio significat fidei illustratio
in quarto significat baptismi promissio obliga
tio. Aer autem non habet omnes predictas
conditiones. et etiam non est elementum resi
stens tactui sicut aqua est. Est igitur bap
tismus ablutio hominis facta in aqua ele
mentari fluida. Et dico ablutio non perfusio
nec aspersio nec immersio. quia requiritur et

sufficit q̄ sit ablutio seu lotio. et n̄ dico vni-
ca vel trina. quia quelibet sufficit ad necet
